

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2102

Auteur(s) : Thomas, Évreux, Saint-Taurin (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1257, 13 août

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Pierre de Colmieu, alors archevêque de Rouen, ayant acheté de Gillebert du Planchey, bourgeois de Louviers, vingt-six livres tournois de rente sur les tenements de celui-ci, à Louviers, tant sur le fief de l'archevêque que sur celui de l'abbé de Saint-Taurin, les avait assignés au chapitre de Rouen pour la fondation de son anniversaire. Des discussions s'étant élevées pour la perception de ce revenu, de l'avis et ordonnance d'Eudes Rigaud, une transaction est faite et acceptée entre Thomas, abbé de Saint-Taurin, Eudes Rigaud et les doyen et chapitre de Rouen.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bonnin Théodose, *Cartulaire de Louviers*, Évreux, Hérissé, 1870-1873, 6 vol., t. 1, n° CCXVI, p. 259-260.

Texte établi d'après a

Omnibus hec visuris Thomas, permissione divina, abbas monasterii Sancti Taurini Ebroicensis et ejusdem loci conventus, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod cum felicis recordationis Petrus, Dei gratia, quondam archiepiscopus Rothomagensis, olim comparasset a Gilleberto de Plancheio, quondam burgensi de Locoveris, defuncto, viginti et sex libratas turonenses annui redditus, super toto tenemento quod idem Gillebertus tenebat et habebat in villa et territorio de Locoveris, tam in feodo domini archiepiscopi Rothomagensis quam nostro, et dictum redditum assignasset viris venerabilibus decano et capitulo Rothomagensi pro anniversario suo in ecclesia Rothomagi faciendo ; et postmodum dissensio esset inter nos, ex una parte, et predictum decanum et capitulum, ex altera, pro eo quod ipsi faciebant justiciam, pro dictis viginti et sex libris turonensibus annui redditus, super domibus, pratis et possessionibus nostris, quas comparavimus a Radulpho de Plancheio, filio et herede dicti Gilleberti apud Locumveris.

Tandem, mediante consilio et ordinatione O., Dei gratia, Rothomagensis archiepiscopi, dicta dissensio conquievit sub hac forma : Quod dictus dominus archiepiscopus solvet et solvere tenetur predictis decano et capitulo decem et octo libratas annuas turonenses et nos solvemus et solvere tenemur eisdem decano et capitulo octo libras annuatim turonenses ad festum sancti Remigii, pro viginti et sex libris antedictis. Et ad dictas octo libras annuatim ad predictum festum solvendas, nos et nostrum monasterium per has præsentis litteras nostras obligamus bona fide et sine exceptione. Et si contingeret dictos decanum et capitulum occasione morose solutionis dampnum incurrere vel subire laborem, super hoc similiter satisfaciemus eisdem et satisfacere tenemur.

Predicti vero decanus et capitulum nobis remiserunt et omnino quitaverunt quicquid uris sibi vendicabant in domibus, gardinis, pratis, terris, redditibus et possessionibus nostris quibuscumque apud Locumveris ex causa supradicta.

Datum anno Domini M^o CC^o quinquagesimo septimo, die lune ante festum Assumptionis beate Marie Virginis.